& in terra laetitia & exultatio spiritalis in ecclesia di & oremus
de reliquo ut pacificam ds custodire dignetur ecclesiam pacem
fixam perpetuam dare in xpo ihu dno nostro, cum quo est gloria
do patri una cum sps sco in saecula saeculorum amen;

EXPLICIT DE RECIPIENDO SEUERIANO EPO. INCIPIT
SEUERIANI EPO SERMO DE PACE. CUM SUSCEPTUS EET
AB EPO IOHANNE. xxv.

In aduentu dni & saluatoris nostri atque in presentia eius corpora
li angeli ducentes choros caelestes, euangelizabant pastorib;
dicentes adnuntiamus uobis hodie gaudium magnum quod erit
omni populo, ab ipsis ergo scis angelis & nos mutuatam uocem
adnuntiamus uobis hodie gaudium magnum, hodie enim ecclesia
in pace est & heretici in ira. hodie ecclesiae nauis in portu est, & here
ticorum furor iactatur in fluctib; hodie pastores ecclesiae in se
curitate & heretici in perturbatione sunt. hodie oues dni in
tutu & lupi in insania sunt. hodie uinea dni in habundantia & ope
rarii iniquitatis in egentia, hodie populus xpi exaltatus est
& inimici ueritatis humiliati sunt, hodie xps in laetitia & diabu
lus in luctu, hodie angeli in exultatione & demones in confusi
one. & quid opus est multa dicere, hodie xps qui est rex pacis
cum sua pace procedens, fugauit omne discidium, dissensiones
depulit, discordiam perturbauit, & sicut caelum splendor solis
ita ecclesiam fulgor pacis inluminat. O quam desiderabile no
men pacis, quam religionis xpianae stabile fundamentum & al
taris dominici caeleste sacramentum; & quid possumus de pace
proloqui? pax nomen est ipsius xpi, sicut & apostolus dicit, quia xps
est pax nostra qui fecit utraque unum; utraque unum quae non scin
dantur, neque fide sed inuidia diaboli dissidebant, uerum sicut pro
cedente rege & plateae mundantur & tota ciuitas diuersis flo
ribus & ornatibus coronatur, ut nihil sit quod minus dignum uultus

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc452/0217